

TAUTOLOGIA

QUINTA.

EXPECTANS EXPECTAVI DOMINUM

Psalm. 39. v. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ

Oro pro-
fuis bonis
absens

D. Thom.
Senec.

Ovid.

Cur sine
spe, nec cum
spe vivere
possunt?

Plaut.

Ovid.

Inusta ti-
mori.

Senec.

Virgil.

INTER passiones Irascibilis, de quibus *praed.* *Tautolog.* n. 3. primas tenet Spes in sententia D. Thomae, 1. 2. *quaest.* 25. art. 3. quae concipitur de bono apprehenso, obtentu difficili, sed possibili. Respectu enim boni, motus incipit ab Amore, tendit in Desiderium, transit in Spem, procedit in Expectationem, quam comitatur Fiducia, ut terminetur in Gaudio, ex possessione boni, quod quidem absens in ceteris praefatis affectionibus, tendentibus in fructuonem: tendit enim Spes in amabilem absolutam, uti motus in bonum secundum rationem boni, attractione illicitivis in quod excitatur desiderium: Sed Spes supra desiderium (praemittit Angel Doctor, art. 1. 1.) addit quandam constantiam, & quandam elevationem animi, ad consequendum bonum arduum. Haec de causa, Spes, blandissima oblectamenta vocat Seneca, *Epist.* 23. Igitur haec, quae apud Ethnicos uti Dea culta, ut accinit Ovidius, 1. de Pont. *Eleg.* 7. v. 29.

Cum fugerent sceleratas Numina terras;
In Dijs invisita sola remansit humo.

Videfis Originem lib. 4. *Advers. Celsum.* Hesiod. de *Dieb. & oper.* Gyrard. *Synrag.* 7. n. 53. & Natal. Comit. 4. *Mytholog.* cap. 6. Felix dicitur Spes, & etiam infelix quia homo nequit quiete sine illa vivere, nec cum illa. Sine illa, desperatio surrepit: nihilque ab illo boni sperandum, qui sperat nihil. Cum illa, quia multoties sequitur aves volantes, nonnumquam vacua timoris; plenaque formidinis. Sine illa praeter cordolium, etiam iugulato desiderio, animo fervente dolore, sicut & ceteri qui spem non habent: igitur omnino miser, cui (ut ait festivè Plautus in *Epidic.* Act. 3. *Scen.* 1. v. 10.) non est

Aliquid, aliqua, aliquomodo, aliquid, ab aliquibus,
Aliqua spes fore fortuna.

Amor sollicitus anxie crudeli tunc peredit, sed nescit quod tendat amor, fodicans continuè punitione cor, si forte sic spes. Cum illa, praeter gaudium, falsò aliquando concepto, ac spes palcente futiliter & inaniter. Fallitur angurio spes bona saepe suo. Ovid. *Epist.* 16. v. 234. Terent. in *Adelph.* Act. 1. *Scen.* 2. v. 72. *Sperabam, gaudēbam.* Virgil. 4. *Aeneid.* v. 477. *Ac spem fronte serenat.* Sed quid? Spem vultu simulas, premit alium corda dolorem: ut dicit idem lib. 3. v. 213. etenim ita infatuat deceptrix cogitatio, nec sicut melior sit gradus (teste Ovidio, quo dudum)

Bene desperare salutem
Seque semel verà scisse perisse fide.

2. Spes & metus omnibus esto: succinit Valer. *Placc.* 1. *Argonant.* v. 58. *Desines timere* (ait Senec. *Epist.* 5.) si sperare oesieris. Dices: Quomodo do ista tam diversa pariter sunt? Ita est: cum videantur disidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena & custodiam & militem copulata, sic ista, quae tam dissimilia sunt pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire: utrumque pendens animi est: utrumque futuri expectatione solliciti. Terent. in *Andr.* Act. 2. *Scen.* 1. v. 3. & 5. 4. v. 34. *Vae misero mihi, ut animus in spe, atque timore. Vix sum apud me, ita commotus meus spe.* Ovid. *Epist.* 6. v. 38. *Alternant spes timorque fidem.* & Virgil. ex Horatio, 1. *Epist.* 6. à v. 10. accinit 6. *Aeneid.* à v. 733.

Hinc metuant, cupiuntque, dolent, gaudent.

Hoc intuitu interdum Sperare accipitur pro Timere. Judith. 13. 15. *Sperabam eam iam non esse venturam.* Prov. 29. 20. *Stultitia magis speranda est, quam correctio.* Terr.

de

de Cultu feminar. cap. 2. *Speremus, nos quoque delinquere: quod quidem regerit saepe.* Plutarch. in *Cesar.* inquit: *Sabius est semel mori: quam semper sperare: idem timere semper.* Petron. in *Satyr.* pag. 70. *Quicquid meruerunt semper expectant.* Terent. d. Act. 2. *Scen.* 3. v. 21. *Quod tu speres, propulsabo facile.* Publ. Syr. in *Mimis*, pariter: *Ab spes, alteri quod feceris.* Senec. in *Hercul. furens.* v. 161. & in *Tibaid.* v. 516. Alijque plures videndi apud Henric. Steph. lib. 2. *Schediasm.* 22. & La. Zerd. in illud Virgil. 1. *Aeneid.* v. 547. & 4. v. 419.

At sperare Deos memores fandi atque nefandi.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

3. Spem describit Tibullus lib. 2. *Eleg.* 6. à v. 19. Effectus, Ovidius, 1. de Pont. *Eleg.* 7. à v. 30. Imagines ostendi varias ex varijs AA. in *Ephemer.* 1. *August.* At huc terravi illustriorem ex Dardano *Epigramm.* in Spem, apud Delr. in *Hippolyt.* Senec. v. 651. & Claud. Minoen in *Alciat. Emblem.* 44.

Tu quae sustentas tereti vestigia ligno,
Esne Dea? An nostro sanguine creta? Dea
Unde fata? Ex ceca rerum caligine, & aequa,
Aamovit nurix ubera? Creasditas.

Et quinam à tergo plaudunt tibi Gaudia. Dic quis
Pallidulo semper te praet ore: Timor.
Suspiciens intento cur caelum lumine? Tandem
Hinc dabitur votis meta suprema meis.
Fare, age, quae vultus deturpat causa serenos?
Exerucior, quoties irrisa vota cadunt.
Cur titubas pealibus? Rerum est spes lubrica: saepe
Quod puro completi, labitur & manibus.

Sperare pro timere.

Virgilius.

Dardan.
Imago Spei.

Cur Spes
evolavit in
caelum?

Maioli:
Terribum in-
carnandum
spei bonis
num.

Metonymia
Tit. 2. 13.

Spei pro re
sperata.

Heterosty.

Adiectivo
pro nomine
but in bilis

Haud possum omniter observationem Maioli. Postquam è pyxide Pandoræ avolarunt gaudia, ubi hominibus cum spe relederant infortunia; addiderunt huic figmento (inquit, ex Pherecyde de *Nuptijs Ionon.* lib. 10. *Tom.* 2. *Coll.* 1.) Spem iacuisse in fano crateris, depressam à reliquijs malis, quae cum celeriter revolvassent, Spes misera pandere defatigata, non potuit se expedire, ut foras prodiret: speque inclusa in caelum deportata est: mortalisque postea calamitose afflictis sunt, nulla spe sibi relicta. Duo docemur laetant in fabula primum, ni homines ascendant in caelum volante corde, numquam posse à malis urgentibus liberari. Deinde, respicere caelum, unde veniet defatigatis auxilium; quippe ibi usque veniret in carne, erat spes sublevaminis pœna: ibi spes, ut homines respicerent ibi, unde veniret in gratiam, & ponerent in Deo verius gaudium spem suam.

3. Spes pro sperata metonymicè sumitur, sive motus in finem pro fine, vel actio pro subiecto. *Spectantes beatam spem:* id est, beatitudinem. Tit. 2. 13. de quo infra, n. 38. *Spem in fletu expectantes.* Galat. 5. 5. *Qua sit spes vocationis, & quae divitia gloria hereditatis eius in sanctis.* Ephes. 1. 18. *Propter spem, quae reposita est vobis in caelis.* Coloss. 1. 5. *Hinc Deus dicitur Expectatio Israël.* Ierem. 14. 8. & 17. 13. *Psalm.* 38. 8. & 90. 9. Ita Christus dicitur *Desiderium collium aeternorum.* Genes. 49. 26. *Ipse erit expectatio Gentium:* v. 10. Sic passivè: active verò cum dicit Paulus, 1. Cor. 1. 30. *In Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo & in fletibus, & sanctificatio & redemptio:* hoc est, factus est noster doctor, iustificator, sanctificator, & redemptor: per Heterostym. Hebraei enim ad expressionem rei vel affectus, utuntur abstractis pro concretis, uti Osee, 5. 2. *Laqueus facti estis speculationi:* id est, speculatori. Ezech. 9. 1. *Appropinquaverunt visiones urbis:* nimirum, Visitatores. Ita dicit Paulus, Coloss. 1. 16. *Sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates.* Etiam Ilylus apud Euripid. in *Iphigen.* in *Tauris.* v. 951. *Silentium fecit me:* putà, silentem. Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 329. *Virginibus Vestalis adit:* pro Virginibus vestalibus. Vide Alberic. Gentilem. *Leit.* in *Virgil.* cap. 14. & festiva apud Plaut. in *Casin.* tot. Act. 4. Aliqua signavimus, *Tom.* 4. *Tautolog.* 3. n. 36. 8. n. 8. & *Tom.* 5. T. 10. n. 20. Idiotismus etiam est inter Hebraeos in propositum praefatum, nomina adiectiva terminare in *Bililita* ut eluceat cauta, ubi ostenditur effectus. Christus dicitur *Desideratus cunctis Gentibus:* Agg. 2. 8. & ab Sponia, *Totus desiderabilis:* Cantic. 5. 16. De Salomone, 2. Reg. 12. à 24. *Domini dilexit eum, & vocavit: nomen eius Amabilis Domino.* Ezechiel. 24. 16. *Desiderabile oculorum tuorum.* Daniel. 10. *Panem desiderabilem non comedie.* Utuntur phrasi

Tom VII. Taut.

Qq

Ovid.

Daniel. 9. 21.

Ovid. 2. Metam. fab. 9. In debito (ait) traiecit pectora telo: & lib. 8. fabul. 6. Non exorbitabile telum: Hoc in sensu placiditur, cap. 9. 23. 10. 11. & 19. Daniel, Vir desideriorum: Symmach. legit: Desiderabilis: id est, dignus pretio, honore, cultu ac dignitate: quod quidem patet ex Hebræo: igitur Genes. 27. 15. ubi: Vespibus Esau vultu bonis, legit: Vespibus desiderio: id est, pretiosis, formæ scilicet elegantis. Adi Maluend. Sic ergo beata dici potest spes: q. d. expectantes beatitudinem expectabilem quippe spes signatur ipsa expectata sperata beatitudo.

Psal. 141. 6.

Quid super spes
Psal. 118. 41. 74. 81. 144. 147
Helius.

5. Hac enim acceptione dicit David Domino: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium: Genebrard. In terra Sanctorum: nimirum si portio beatitudo, dicitur spes quod speratur. Vel gloriæ spes transit adhuc in hac vita in operatam beatitudinis portionem; quia sine formidine securus obtinebit beatitudinem. Ita spes non spes sed portio: quoniam ubi spes sine timore signatur super spes: quoquidem delicantur plura testimonio Psal. 118. In verbis tuis super speravi. Est spes, ubi timor. Ideo cor ardet & alger.

Et simul in speculo frigus & ardor erant. Ut ait Helius præfat. in Emblem. de Spe. Super spes ubi perfecta charitas foras mittit timorem. Idem Emblem. 10.

Helim.

— Spes, & meus,
Gemellus uno natus ex utero puer,
Simul educantur: mentis illa filia est:
Hic corporis propago. Sincera cupis
Spem possideret? Corpus obscurum exente.

Et unde eius excessus

Bernard.
Ter. ubi sup
Hic ubi sup
Hypallage

Haud in super spe formido de amissione vel de amissibilitate boni absentis; & propter amorem divinæ adoptionis, & propter certitudinem promissionis, & propter potestatem remunerantis. Alijs terminis Bernard. de Divers. ferm. 45. n. 5. De fide præceptorum oritur spes vicia, de fide signorum spes gratia, de fide promissorum spes gloria. Quæ gloriæ dicitur, ut vidimus, Beata spes. Testimonium (est) sine violentia interpretari possumus vel per Hendiadym, beatitudinem scilicet spei, aut spem beatitudinis, vel per Hypallagen, quasi speratam beatitudinem ac gloriam) aptius dilucidatur, utriusque motu pro obiecto motus, nimirum, quia res spectata dicitur spes: quo sensu Nazianzenus Traged. de Christi patient. inquit: Sperata ut est spes. Phralem iterat Plaut. in Mercator. Act. 3. scen. 4. v. 13. & 5. 2. v. 2.

Plaut.

Causa pro effectu.

Cur spes certa dicitur gaudium!
Rom. 8. 19

Spem speratam obtulisti mihi: gratias ago. Quod quidem, ut sonat, implicat, & nequit esse; ni voce spei, quod speratur, significatur: quare intelligendum per spem speratam felicitatem, gloriam, aut fortunam.

6. Spes beata dicitur non passivè, sed activè; quippe nos beat. ac felicissimos facit. Unde Paulus haud aliter vocat Christum Spem gloria: Coloss. 1. 27. Hincque hæc spes insignitur gaudium ante gaudium. Spe gaudentes: Rom. 11. 12. quippe causa gaudij (de huiusmodi schemate egimus latè, Tautolog. 4. n. 26.) & quamvis gaudium sit de possessione præsentis boni, pridem sperati & expectati; que speratur summa felicitatis, dicitur gaudium propter certitudinem beatitudinis. Gloriamur in spe gloria: Rom. 5. 2. Victoria dicitur victorie causa. Ita spes gaudium ante gaudium; gaudium fanè ex motu in terminum, & ex termino. Debet in spe qui arat, arare. Fructus eius sunt in radice, uti latent in arbore. Expectatio creature revelationem filiorum Dei expectat. Rom. 8. 19. Apparebunt dato tempore, tandem, tandem. Sic spes non confundit, nec confunditur, quia infundit fiduciam in quo invenitur: per hanc enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Spes iustorum letitia. Prov. 10. 28. Quid terminus: signanter dicitur Expectatio (subdit Caietan.) non solum ad excludendum velleitatem, que est etiam impossibile; sed etiam desiderium dubij adhuc hominis de futuro bono. (En super spes) Expectatio est hominis certipati de futuro bono.

Caietan.

Prov. 17. 8.

Spee glorie gemma preciosa

Non de qualicumque expectatione, sed de anxia expectatione loquitur Paulus; ut ex ipsa anxietate maximam vehementiam expectationis describat: expectatio namque anxia importat tam vehementem desiderium, ut semper seipsam sollicitet. Sic dicitur, ut apud Panlun, Expectatio, expectat; à Salomone, Expectatio præstantis. Res expectata debet sumi nomine expectationis: igitur expectat quod expectat, tamquam gemmam pretiosam. Gemma pretiosa expectatio præstantis. In spe dubium acquisitionis est, nequam in expectatione; quia speraret, & non expectaret, quisquis expectando ambigeret: expectatioque supposita spe, datur de possessione voti; quippequam, ut ait Sy-

rus: Qui premia futura fideliter expectat, quasi gemma splendidissima possessione lætatur. Sed unde læticia, si ex expectatione moror? Dixit Helius d. Emblem. 12. Ut in gemma pretiosa.

Syr.

Spes affulsit, & fecit diem Etiam in tenebris.

Helius.

7. In huiusmodi geminationibus emphaticis (ubi pro creatura dicitur quod expectat expectatio, que in prætolante invenitur; eam in expectante expectatio supponatur) more Hebræo exponitur anxietas spei: qua propter non dicitur Græce absolute Expectatio, sed Apocatabochia, quod sonat expectationem anxiam atque sollicitam: etenim illa non expectat; at qui expectat sollicitè, dicitur illa; in indicem anxietatis & cessum expectationis: res est solliciti plena timoris amor. Expectant creatura, quæ Expectatio iurè dicitur; igitur ita avidè hanc gloriam expectant, ut videantur esse ipsa expectatio. Alapid. hic. Talis est quique qualis eius dilectio. Sicut amamus, ira & sumus: inquit Cyrill. 1. Apolog. cap. 9. Dij estis: David hominibus dicit. Quod natura negavit, amor concessit. Deus charitas est: conversatioque in cælis obtinetur modo ab humana natura, si fursum corda.

Alapid. Cyrill. Alapid.

Sensibus ereptis mens excidit? Atqui ego certè. Ut ibi tunc toto pectore sollicitus.

Catull.

Accidit Catullus, Epigram. 67. v. 24. Ieciroè, ut dudam vidimus, Daniel signatur Vir desideriorum, quasi qui ardentissime aliquid desiderans: igitur ita flagrabat in votum, ut converteretur totus in desiderium. Patet in sacris ad literam expositio: Desiderium pauperum exaudivit Dominus: Psal. 9. 17. Non desiderantem pauperem, sed eius desiderij Dominus audivit vocem? Emphaticus est, Desiderantem audivit, & desiderium in desiderante ostendit; quippe ita premebat angustia, ut pro levamine afflictus transiret in desideria. Vir ego est desideriorum, qui vehementissime aliquid appetit, eiusque in desiderando aviditas in voce Vir cognoscitur per vocem, cui iungitur: ut Vir sanguinum, vir dolorem, & cætera, de quo egimus hic Tautolog. 1. n. 17. & Tom. 5. T. 2. n. 37. Quid mirum, pro Creatura, quod expectatio expectet, dum creatura præ aviditate transit in expectationem? Hac enim de causa ut vidimus num. 4. Paulus videtur Abstractio, quasi pro superlativo. Adi etiam, Tom. 3. T. 9. n. 33. 4. T. 3. n. 36. & 5. T. 8. n. 14.

Ubi supra

Psal. 9. 17

Homo convertitur in ea, que cupit.

8. In testimoniorum delicationem clariorem, opere duxi, exponere discrimen spei & expectationis; que aliquando simul inveniuntur in Sacra pagina. Secundum expectationem & spem dicit Paulus, Philipp. 1. 20. patet enim aliud esse sperare & aliud expectare: haud secundum Hispanismum, quo promiscuè sine discrezione dicimus: Aguardame aquí, sperame aquí sed secundum verborum proprietatem, qua sæpe utitur Scriptura. Pro mansione, Gen. 22. 5. Expectate hic. Idem, Exod. 24. 14. & alibi passim. Pro spe, E celo ista possideo, sed ab ipso me ea receperunt spero: & alia obvia. Senec. Epist. 10. Vide itaque quid de te sperem, imò quid spondeam mihi: Spes enim incerti boni nomen est. Ergo expectatio certi boni. Expectatur, quod securè possidebitur; speratur verò quo falli potest spes: qui enim adesse & etiam abesse, quod longè ab expectatione; quippequam dumtaxat obex in tempore: unde spes cum formidine propter incertitudinem boni: sine timore expectatio; quo propter dicitur ab spectare, hoc est, oculos attollere, an venturum veniat, quin dubitet, an venturum. Ni fallor, spes est in apprehensione sperantis, expectatio in ignorantia temporis. Spes in animo, expectatio in assensu: equidem spes credit ut possibile bonum, expectatio verò uti futurum. Fidem supponunt, aliter tamen & aliter; ut bonum efficiat diversimodò cor secundum expectationem & spem.

Philipp. 12. 20. Discrimen spei & expectationis.

Senec.

9. Donatus super illud Terentij in Eunuch. Act. 1. scen. 2. v. 114. Me expectes, me speres, inquit: Cum expectes iam dixeris, quid sibi vult iterum me speres? Inter Spem & Expectationem hoc inreest, quia expectatio certorum est: spes verò incertorum. Expectatio propinquarum rerum: spes longinquarum. Expectatio destinat tempus, spes non destinat. In Andr. Act. 2. scen. 6. n. 4. subdit: Expectamus tam bona, quam mala: speramus bona. Contra huiusmodi discrimina D. Thom. in 3. distinct. 26. quest. 1. art. 3. ad 1. inquit: Spes habet supra expectationem certitudinem. Loquitur profecto de spe theologica, haud absolute de spe, que concipi valet sine expectatione: theologica, verò haudquamquam; quia spes non confundit, propter charitatem infusam divinitus in cordibus nostris. Promiscuè ab AA. huiusmodi voces usurpantur, Expectate venite.

Donat.

D. Thom.

Virg. 2. *Æneid.* v. 283. & lib. 8. v. 38. Idem, desideratus, accepta expectatione pro desiderio. A Plauto in *Stich.* Act. 3. scen. 2. v. 10. expectatio accipitur pro spe; unde *Misera* vocatur, quæ sæpe in desperationem definit: idem in *Mastellar.* Act. 2. scen. 1. a. vers. 2.

Plant.

Me perisse: occidit spes mea, nusquam locus confidentia;
Nec salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest.

Affertur acceptio præfata, quatenus spes de re sit, expectatio de tempore, & utraque de bono. *Bona in spe & expectatione:* ait Chrysof. Homil. 57. in *Matth.* Hinc Iacobus Pauli secundum expectationem & spem quia in nullo confundatur (subdit) sed in omni stantia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus. Dato tempore, bonum de quo spes, obtinendum, quin confundatur sperando, aut expectando. Non sperando, quippe spes firma: 2. Cor. 1. 7. nec expectando, quia *Deus fidelis est:* 1. Thess. 5. 24. Non qualem qualen spem & expectationem signat Paulus, sed salutem vehementer speratam, & vehementer concupitam. *Speratam* propter merita ex gratia cum illo laborante, alias esset presumptior ait Bernar. serm. 1. n. 2. de *Verb. Domin. in ult. cana. Deinde de Concupitam*, propter dilationem, dum cupiebat dissolvi, & esse cum Christo. D. Th. 2. 2. q. 17. art. 5. ad 3. distinguit expectationem spei & expectationem longinuitatis; de qua n. 12. Spei expectatio dicitur de firmitate in spe gloriæ respectu divini auxilij: quasi seclusus, secundum expectationem & spem, sit; speratur à me gloria, mediante ac auxiliante divinâ gratiâ. Sat in discrimen utriusque.

Chrysof.

Cur Paulus in salutem, spem firmat & expectationem?

Phil. 3. 1.

10. Iam non anceps articulus nostræ principalis Tautologie, cuius testimonium, *Expectans expectavi Dominum.* Huiusmodi periodus ab Ambrosio, ac D. Thom. accipitur de Propheta incarnationis filij Dei optante; cuius egregia facta in ipso contextu non solum obumbrantur, sed prædicuntur: imo ob firmitatem de monstrantur ut præfentia, quæ omnino futuræ. Ita observat Doctor Gentium, decerpitque ex ipso Psalmo: *Idco ingrediens in mundum, dicit: Hostiam & oblationem nolui mihi, corpus autem apostoli mihi: holocaustum pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me, &c.* Hebr. 10. à 5. Sic igitur non petitur incarnatio, quæ iam promissa supponitur; sed operatur, & quod cito, quanto citius fiat. Quare Propheta de incarnatione, fide concepta, dicit: *Expectans expectavi:* quoniam venturi (quippe mittendus) expectabat adventum. In periodo res signatur expectata, & modus expectandi. Res expectata, *Expectavi Dominum.* Modus, *Expectans expectavi.* Dominus res expectata, in quem iam directa spes; sed dato tempore, in consummatione sæculorum, in plenitudine temporum. Unde Paulus Hebr. 1. 2. *Novissimè* (ait) *diebus istis locutus est nobis in filio.* Dum misit Deus filium in inferiores partes terre, in similitudinem hominum factum: quo studio addit Propheta: *Et intendit mihi:* Hebr. *Et extendit ad me.* Malvend. *Inclinatus est ad me: declinavit.* Apposuit, cum formam servi accepit, & semetipsum exinanivit. Syr. *Et dixerit ad me.* Ad esse hominem filius Dei inclinavit: celos & descendit; ut hominem educeret de lacu miserie, & de luto fecisset.

Hebr. 2.

Felicitas quanta domini David?

Inclinatus dicitur ad me. Signanter ad se Propheta connotat inclinationem, haud absolute præter omnis creatura ingemiscebat expectans adventum magni Dei, Salvatoris N. Iesu-Christi; sed quia homo factus ex semine David secundum carnem. Sic non solum in generali expectatione homini, sed singillatim dicit Propheta, *Mihi:* igitur futurus filius David, & vocandus.

Quæ bona ex incarnatione?

Prima expectatio.

11. Hoc namque erat tota generis sollicitudo, & universalis expectatio, pro quo uti singularissima gratia, & ut essent felicia, errabant sæcula; etenim dum ita lapsus violentia afflictâ pectora gravat, expectatio creaturæ revelationem filij Dei expectat. Quipini sollicitudo & anxietas propter gravamen terræ humanæ miserie, propter abundantiam gratiæ, ac propter gaudium felicissimum gloriæ. Consultus D. Thom. *Opusc. 60.* Hominum sanè felicitas, summæ felicitatis; sed amplior expectationi Davidis: 2. Reg. 23. 1. *Dixit David: dicit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob: Nec tanta est domus mea apud Deum, ut partem æternam iniret mecum firmum in omnibus, acque manitum.* 1. Paralip. 17. 16. *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, ut prestares mihi talia? Sed hoc parum visum est in conspectu tuo: idcirco locutus es super domum servi tui etiam in futurum: & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus.* Ex verbis præfatis Psalmi, & 47. 15. *Isai. 25. 4. & Exod. 15. 2. ubi: Iste Deus meus, & glorificabo eum; Talmudistæ in Midras Thebillim, Deum aliquando visibilem, & digito demonstrandum, asserunt: ita ut Gentiles, qui*

colunt visibiles Deos, non exprobrant: *Ubi est Deus eorum?* Vide Galatin. de *Arcan.* lib. 3. cap. 27. Hoc expectabat David, sicut cæteri fide imbuti; sed illi avidior in expectatione expectatio scopus, quippe magis in communi felicitate dignandus: ut illum extolant (& ut accitit invenit, 3. *Histor. Evangel. v. 640.*)

Proclamanturque omnes Davidis origine creto.

12. Hæc de re expectata, quæ ut vidimus, dicitur etiam expectatio Gentium. Verum cum additur geminatio; aliquid insinuat de modo expectandi, quia non expectavit utrumque Regius Plaites, sed *expectans.* Expectabat solida spe, firmissima, vira ac virtuti, assensu in promissionem à Deo factam. At dum expectans expectabat, tempus adventus signat, & modum expectationis expectatæ felicitatis: quatenus expectando non quiescit, sed anxius, quod magis differebatur, expectatione expectavit; quin diuturnitas frangeret expectationem conceptam, cum spes quæ differtur astringat animam. Expectans expectavit, ostendens & spera perseverantem, sed expectationis avidè continuationem: etenim licet quod optabat cupienti tardaret, animum non despondit; sed expectando expectavit. *Adhuc visus procul, apparebit in finem & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum quia veniens veniet & non tardabit.* Habac. 2. 3. de quo hic Tautolog. 9. Modus expectationis iuxta Caietan. *Animi spe, sollicitudine & expectatione, quæ dicitur expectantes.* Augustin. hic etiam: *Expectantes expectamus* (ait) *dum miles aliquand magno d. s. serio sustinemus.* Unde Paulus: *Patientiam & spem habeamus Rom. 15. 4.* Caritas omnia credit credenda, sperat speranda, & expectat in patientia. Omnis qui pie tolerat, rectè credit: & omnis qui rectè credit, aliquid sperat: & qui sperat, sustinet, ne à spe cadat. Ita bonum in desiderium urget, ut spes etiam expectando expectet. Obvia acceptio in facris, patientiæ ac tolerantie pro expectatione. *Invisibilem enim tanquam videns sustinuit:* dicitur de Moïse, Hebr. 11. 27. Idem expectavit. Idem, *Tob. 5. 9. & 11. 14. Psalm. 24. 2. & 26. 14.* Ita in præfenti Davidis testimonio, *Expectans expectavi,* legit Augustin. *Sustinens sustinui Dominum.*

13. Igitur acceptioe hæc intelligenda est Dei patientia, abusive, seu metaphorice. *Dominus patienter expectat:* 2. Machab. 6. 14. haud quia Deus habeat patientiam, præter patientiam feraciter adversa toleret. Quis resistet ei? sed quia cum ad expectationem fronte necessaria lit, ut reportentur promissiones (Hebr. 10. 36.) dum expectat conversionem peccatorum, sustinere illos dicitur: quod verè benignitas, seu magnanimitas est. *An divitiis bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemiseris Ignoras, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit?* Invenitur acceptio, *Isai. 25. 9. P. salm. 129. 3. 4. N. Gloriosus Patriarcha, Prolog. Regul. Sancti. divil. 4. in fine: Idco nobis propter emendationem malorum huius diei vite ad inducias relaxantur, dicente Apostolo: An nescis, quis patientia Dei ad penitentiam te adducit?* Augustin. in præf. Tautolog. subdit: *Simil sustineamus: quem nisi Dominum, qui promissa non aufert, sed differt?* Idem tolerantia & expectatio, cuius solarium spes: equidem cum nostrum non sit, nosse tempora vel momenta, quæ Pater cælestis posuit in sua potestate; toleratur absentia boni, frustraturque expectationis votum, quippe tempus collationis necdum impletum; angiturque animus expectando, atollitque oculos, unde veniet auxilium, & fatigent solatium; uti dicitur de uxore Tobie, cap. 11. 5. *Anna sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo.* Hinc cum res promissa lit, sed non tempus promissionis, nemoque sciat consilium Dei, nec tempus statutum ad donum promissum; expectat & expectat, id est continuo expectat, an ita sit ut possit dicere cum Simone: *Videntur oculi mei salutare tuum:* Luc. 2. 30. Dulcedine spei animus in votum fertur, sed expectatio frustratur quia non est tempus, vitæque deficit in gemitibus. *Hesius d. Embl. 30.*

Mea me deorsum vita, spes sursum rapit.
Mea vita me consumit, & semper magis
Ad ima ducit: spiritus sursum erigit,
Speransque sursum, spirat.
Longævis spes sapè Deo distinguitur annis,
Vita nocet. Felix qui caruisse potest.

Hinc angor, quia animus spe ductus, & expectans caelum querit, & caelum toto vitæ tempore expectando non invenit.

14. Ex Tautologia constat. Gaudenti Davidi de incarnationis spe, blandiebatur expectatio, quasi suo tempore ventura felicitas, ac in terra videnda tota cæli maiestas.

Iuveni.

Expositio secundanda.

Expositio in spe pro spei firmata.

Caietana.

Augusti.

Expectatio pro tolerantia.

Quid in Deo patientia?

Rom. 2. 44

S. Bened.

Augusti.

Tertia expectatio.

Hesius.

Intendit Dominus eius voto quoad incarnationem, sumpta carne ex eius semine; sed non intendit quoad optantis volutum tempus, quippe in novissimis diebus constitutum. David expectabat, prout conceperat, & expectans expectabat, vita deficiente in ipsa felicitatis expectatione. Hocine proposito dicit eius adventum expectantibus Dominus: Expectata, reexpectata: expectata reexpectata: ut in cunctorum cordibus glisceret desiderium, ac anxia sollicitudo, cum quibus spe nihilominus firma Patres Antiqui fuis in temporibus consuli ab expectatione; quippe in aliud tempus, cum venisset plenitudo, decreta divini Verbi incarnatio. Luxuria fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis reprobationibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes. Hebr. 11. 13. Expectabant, & reexpectabant. Describit Ovid. Epist. 2. a. v. 98.

Ovid. Expectem qui me nunquam visurus abisti? Expectem pelago vela negata meo: Et tamen expecto, redeas modo serus amanti, Ut tua sit solo tempore lapsa fides.

Cum de felicitate solliciti, & ita avidum ac pavidum ex ipsa anxietate cordis, donec veniat qui mittendus est. Ad rem Plaut. in Cistellar. Act. 5. v. 9. Ne expectetis expectatores. Nunc ad vos expectatores: Reliquum relinquatur.

Haud aliter qui expectantes venturum in carne Dominum decesserunt: Sperate expectatores, sed ne diebus vestris, quod avidè speratis, expectetis. Expectatio in spe usque in finem vitæ datur. Sperate in Domino, dicentes: Quis ostenderit nobis bona: Sperate: reliquum relinquatur. Quandiu permanet vita, viget expectatio de spe concepta: deficit expectatio cadente vita, ex cuius defectu crescit spes, quia non solum speramus in Deo, sed ipsum Deum, ut ait Bernard. in Psalm. Qui habitat, serm. 9. n. 8. Et quid singularis sit puritatis, singularis gratia, singularis perfectionis, non modo nihil sperare nisi ab eo, sed nil querere nisi eum. Manet spes, quæ iam Super spes, ut diximus num. 5. euanidâ præ tempore expectatione: equidem ut inquit Guericus in Advent. Domin. serm. 1. num. 1. in vita spe conservata ad votum, vere expectatio expectantium.

Nonnulli periodum accipiunt per epistolam, præ ut expectatio geminata, affectus magnitudinem indicat, in intentionem, seu extensionem. Est enim bonarum rerum sollicita expectatio: ait Senec. 2. de Benef. cap. 5. Hinc in textum pleonasticum Genebr. subdit: Expectans expectavi. Vehementi desiderio & solliciti prefolatus sum Dominum. Hæc enim repetitio ad auxilium. Maluend. Expectare expectavi, per infinitivum. Augerur enim vis desiderij, dum non solum exponitur expectatio, sed in ipsa expectatione sollicitudo: quare textus per adverbium genuinè delicatur. Mour. Cum dicitur expectatissim. Genebr. in præfatum Psalm. 118. v. 74. & 147. In verbum tuum super speravi; legit: Vehementer speravi. Præ desiderio ardes, languet, concupiscit ardentissimè. Alapid. Avia dissimè expectat. Stylo usus Cicero, Philipp. 14. Avia dissimè expectabat civitas. Hellenismus est etiam: etenim apud Homer. 24. Odys. v. 393. Diu expectamus expectantes semper. Fit modò exaggeratio participio & verbo, sicut verbo & nomine, uti videbimus, num. 23.

Ad spem etiam spectat confidentia, quæ a Paulo dicitur Gloria spei: Hebr. 3. 6. Vigor enim est animi credere nesciens. Ideo quia fiducia importat quoddam robur spei (inquit Angel. Doctor. 2. 2. quest. 129. art. 6.) proveniens ex aliqua consideratione, qua facit vehementem opinionem de bono assequendo; inde est, quod fiducia ad magnam instantem pertinet. Totum amplectitur Doctor Gentium. Secundum expectationem & spem, in omni fiducia. Ut quid sit unaquæque, consert, distinguendæ sunt. D. Thom. loc. cit. inquit: Nomen fiducia ex fide assumptum esse videtur: ad fidem autem pertinet, aliquid & alicui credere: & ideo nomen fiducia hoc principaliter significare videtur; quod aliquis spem concipiat ex hoc quod credit verbis alicuius auxilium promittentis: sed quia fides etiam dicitur opinio vehemens, & contingit aliquid vehementer opinari, non solum ex eo quod est ab alio dictum, sed etiam ex hoc, quod est in alio consideratum; inde est, quod fiducia etiam potest dici, qua aliquis spem alicuius rei concipit ex aliquo considerato. Quid sit spes & expectatio, diximus, n. 9. ita ut spes sit de bono futuro, vel non futuro, sed possibilis expectatio de bono futuro indeterminato tempore: verum fiducia de bono futuro proximo. Unde dum Magister Angelicus, ut notavimus ibi, dicit: Spes addit supra expectationem certitudinem, per Tõ Spes; fiducia est intelligenda, quæ proximè ha-

Genobr. Geminatio pro adverbio. Mour. Genebr. Sexta expositio.

Quid fiducia? D. Thom. Philipp. 1. 20. D. Thom.

ha-

habet, quicquid spe ac expectatione concepit. Spem non iacentem: ut dicit Prudentius in Peristopban. v. 352. Alia cogitio, ita ut spes sit, qua quis ad id quod credit se perventurum, præsumit: expectatio, qua quis credit brevi re sperata frui, si obicibus careat: fiducia vero statim, vel cum obicibus. Habebis fiduciam proposita tibi spe, & desolatus securus dormies: Job. 11. 18. & Plaut. rebus desperatis, in Pœn. Act. 5. scen. 4. v. 39. ait: Spem meâ fiduciâ.

17 Ergo iam discapedinata silva pro insigni Tautologia. De Iuda dicitur: Machabeus semper confidebat cum omni spe. Omni spe, scilicet summa fiducia (concepto adiectivo pro superlativo) est vallatus periculo ingenti, hoste potentissimo Nicanore, prius amico, modò infello. Fiducia supponit fidem, cum firma cogitatione auxilij futuri, & exitus felicitis inter pericula, quoad apparentiam & speciem felicitatis contraria. Non confidentia vana, quæ audax dicitur præsumptio (Isai. 16. 6. & Eccl. 3. 7. 3.) sed animus excelsus in urgentiori præsupposita pressura, quasi in angipartu. O ingentem confidentiam! Terent. in Andr. Act. 5. scen. 3. v. 5. & Plaut. in Mostillar. Act. 4. scen. 1. v. 18. Spes mihi sancta subvenit. Quapropter spes semper comitata timore, fiducia nunquam: concipitur ita firmiter, exitumque faustus iuxta votum; ut eventus obicibus sit felicitior, quod cæteris diffidentibus videtur periculosior.

Spes speritari potest, Ubi nulla spes videtur. In duro licet Rigidoque, flamma semen abstrusum latet. Sic venis venit & filicis scintilla reclusis, Quæque micet spes parte favilla micat.

Hæstus subdit Emblem. 24. Vel in medijs fluctibus erit ignis, lux in tenebris, exitus aquarum in sitim iuxta cordis votum, & terra sine aqua in exitus aquarum. Est latitudo cordis, dum apparet ex spes, desperatis rebus, firmiter victoriam animo pro voto credentem, quia sperans expectat auxilium ut infallibile. Unde si spes erga bona absolute; fiducia erga bona sed ex malis & inter mala. Ita ergo fiducia quæ spes ad magis, non dicitur virtus (illam supponit) sed conditio virtutis: igitur desperata sperat, ultra spem ut operationes sine ulla ambiguitate feliciter dirigat. Hoc intuitu sæpe David, uti videmus, num. 5. & 14. iterat: Super speravi: spe itaque erat plenus, dum spe videbatur destitutus. Similiter Paulus cum iaceret in vinculis, magnanimitate cordis, super spem & expectationem fiduciam, & omnem (id est, omnino) fiduciam demonstrat. Secundum expectationem, & spem; quia in nullo confunditur sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus: qui iussit de tenebris lucem splendescere, Ovid. 3. de Pont. Eleg. 7. v. 21.

Spem in vet amplecti, qua non iuvat irrita semper: Et fieri cupias, si qua futura putes.

18 Modò in Iudæ fiduciam. Machabeus semper confidebat cum omni spe. Omni & Semper fidei indicat integritatem, & cordis ex fiducia magnitudinem. Sollicitudine & anxietate concussus (periculo imminente sequenti luce ex futuro certamine cum Nicanore, qui in eum validissimum exercitum ducebat, & cuius virtute capite Iudæ Regi Syriæ Demetrio blandimen etiam blasphemus parabat) vidit somnium nocte illa, quo ei tradebatur à Jeremia gladius aureus: manequè illo effulcente, clausium cecinit aperto Marte cum tribus tantum amatorum millibus in ingentem multitudinem, ex quibus tringintaque millia ceciderunt. Nicanore futiliter glorioso in exercitibus potentia Iudæ comes singularis ac mirabilis fiducia: igitur in angipartu sine effugio quasi ad speciem comprehensus, propter auxilium promissum feliciter exiturus. Audaciam habebat ultra spem & expectationem in Deo, & in se sub Deo tamen: quippe felix qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Ideo dicitur, Omnis spes. Spes in Deo, Omnis etiam in se, est sub Deo. Spes ad victoriam obtinendam, fiducia in malorum expulsiõnem ad obtinendam victoriam. Spe & fiducia, quæ omnis spes; quippe spes fine formidine, & sine expectatione, quasi esset futurum auxilium sine obice. Fiducia, virtutis conditio, vigeat; quæ vel fractis rebus non solum auxilium, sed & proximo virtutis promptum in trophæum, iuxta fidem in conflictu confidentis felix exitus, præsentia Dei magnificè delectatus.

19 Idem propositum per Bezofim habetur cap. 9. 2. Non desperans memetipsum, sed spem multam habens: & pro nostro articulo, cap. 7. 40. Per omnia in Domino confidentis. Quid per multam spem & per omnia, nisi spes ultra spem, sine dubitatione, sine timore,

Diferimen eius a spe & expectatione.

Mach. 15. 7.

Fiducia sine timore.

Fleat.

Qua spes ultra spem.

Psalm. 118. d.

Ubi supra.

Ovid.

Fiducia pro omnimoda spe.

Mach. 9. 2.

Senec. more, sine formidine, absque ullo exitu contracti metu? Sic rebus desperatis fiducia: igitur qui fiducialiter agit, nequaquam timet. Dux res (ait Senec. Epist. 94.) plurimum roboris animo dant, fides veri & fiducia. Rex iudaeorum erat in extrema regula, sed Iudas haud animum despondit, sed in spem contra spem credidit. Opportune Ovid. 2. Trist. v. 144.

Ovid. Ipse licet sperare veres, sperabimus atque Hoc unum fieri, se prohibente, potest. Spes mihi magna subest, cum te, misissime Deus: Spes mihi, respicio cum mea facta, cadit.

Alij, rebus ita dubijs & fluxis in exterminium, caderent animo, spe iugulata: Machabaeus tunc auxilia praestolabatur futura ac proxima; quoniam in ancipiti articulo summa rerum, fovebat magnanimum spem, expectationem & fiduciam. Spem sicire signat Homer. 24. Iliad. v. 170. dicens: Conside mentibus, neque formida. Euripid. in Hercules. furent. v. 105. Ille optimus vir, qui spei semper confidit. Fallitur Marcialis, lib. 11. Epigram. 37. dicens: Minus gaudent, qui timere nihil. Gaudet & praedium gaudij, & gaudio, scilicet certitudine victoriae & victoria, propter spem solidam, & infallibilem in certamine fiduciam; quam Plato de Republ. lib. 1. vocat Incundam spem: Horat. in Carm. saecul. v. 74. Certam & bonam: queis gavilus Machabaeus, exiens vincens ut vinceret: primo accipiens gladium aureum, deinde sine viribus viriliter reportando triumphum, in spe singulariter constitutus. Nisi speres, quod supra spem est (dixit Heraclitus apud Reyes-Franco in Camp. Elyf. qu. 11. 100.) non invenies quod inveniri nequit. Supra spem surrexit Iudas, cum exigua haberet in certamina copias. Est spes novissimis tuis, Ovid. 1. de Pont. Eleg. 7. v. 45.

Fiducia, iucunda spes Plat. Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Heraclit. Non vanam spem expectans, ut ait Hesiod. de Dieb. v. 495. sed totus in Deo incubuit Iudas certaminis; quia qui Numini confisi, non sunt confusi. Sic Iudas oppressione levatur,

Ovid. Sublatas inde, caelum ad usque tollitur.

Hesiod. Accinit Prudent. d. v. 3556. Spes calcar ad magna: verum si in cogitatione dumtaxat picta; non spes, sed spei colore dolus. Senec. in Thyest. a. v. 290.

Prudenc. Haec spe minanti fulmen occurrit Iovi: Haec spe subibit gurgitis tumidi minas: Haec spe, quod esse maximum videtur malum, Fratrem videbit. Credula spes improba.

Senec. Non improba Iudas, sed firmissima, quasi iam videret, quod visurus, cum omni fiducia, ex spe concepta in somno, & expectatione de castro triumpho, quo expectans expectavit: ut pateret ex cordis fiducia, quam utilis in Domino confidentia. Crucius in Psalm. 117. accinit:

Cruc. Finitima vocant signa in contraria gentes, Sternam favente solus omnes Numine.

20 Ex affectionibus irascibilis transcendendum in passionibus concupiscebilibus, nimirum ab spe in desiderium & cupiditatem. Obiectum enim spei est bonum proprie loquendo, quo distat a timore, qui proprie apprehensio de malo: licet Plato quo supra, vocet spem, quae commodum praedit; & quae incommodum, timorem. Spei etiam debet esse bonum futurum (alias non esset spes sed gaudium) sicut arduum ex se, in possessionem; quippe nisi esset desiderium quod nullatenus connotat in bono difficultatem. Vid. D. Thom. 1. 2. quaest. 40. art. 1. & 5. De desiderio plures occurrunt Tautologiae, sive eiusdem, sive diversis vocibus. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari: tota die concupiscit & desiderat. Stricte hic Delr. in Adag. Et alij, huiusmodi ingeminatum desiderium seu cupiditatem accipiunt desiderium propter desiderium; quod quidem in homine irrationalis vestigium, & vel in fatuo fatuum: equidem cum desiderium pra amore commodi sit tendentia in aliquod bonum, movet animum in eius possessionem, piget expes cum spe desiderat concupiscens commodum, quin pra fecordia desiderij sollicitet terminum. Ita David dicit: Concupierunt concupiscentiam. Noluerunt quicquam manus eius operari. Stat sic, ut sic fiet: expectat ut cuncta in desiderium per se fiant; quin in facto quid pro desiderio faciat. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam: ibid. 19. 24. Marian.

Prov. 22. 26. Concupiscit concupiscentiam.

Psal. 105. 24. Concupiscit concupiscentiam.

Condit sub vestem palmam piger, atque sub alam Vixitque ori admoda est in fame pigra manus. Laborem cogitat, esse sit in os mittere cibum: os aperit sed non implet. Vernacule: Se queda con la boca abierta. Suspendit ora tenet, petitque fame; quia vult comedere, & comedere non vult; ore aperto; ceterum manus in manu. Ibid. 1. 1. 2. 1. Florida in descriptionem huiusmodi desiderij, fatuissimi desiderij, Poete Graeci cogitavit festivi. Plura Athenaeus lib. 6. in fin. Nicophontes in Sirenis interprete Dalecampio, inquit.

Ningat polentis, rorescat panibus, Pluat pulve: per vias iusculum Devolvatur cum carnibus. Placenta se mandi iubeas.

Astipulatur Phaeceates in Metallic. & Cratetes in Belsijs; Spontè omnia facileque adveniebant, Vel in gulam mortuorum subibant Asi turdi, & adbus ferventes, conditi Circa os volitabant, deglutiri se supplicantes; Sub myrti fronde & dispersis anemonis, Mala pendebant aspectu eximia.

Pherecrat; Plenos calices atro & odorato vino Per infundibulum bibere volentibus; Horum omnium quidpiam si biberit, Continuo rursus duplo copiosus redit; Cunctorum quo vocabitis accedet, Apponetque seipsum ad votum.

Cratet; Heus mensa instrue teipsam. Mortariolum placentiam pinse: Cyathe vinum effunde.

Ascende maza: buc ades piscis.

Alia missa ex alijs facio, quippe eiusdem futuris, videnda apud Delr. Tom. 2. Adag. 211. & 222. Ad dicta Tom. 4. T. 1. 1. 1. 12. de felicitate aurex atatis sub Saturno. Tantum praemito pro moribus, haec in inferno ab Ethnicis fingi, in blandissima foecordia: etenim si homines haberent ad votum, nihili ducerent praecipitari in infernum.

22 Alij non pra desidia, sed pro auaramine maieftatis, quasi dedecus esset, in natura equari ceteris; arbitrantur, quid per se facere, vulnus excellentiae, habentque pigritiam ampliore affectione seu affectatione pigritiae. Multarum quidem rerum oblivione sentiant (inquit Senec. Brevitat. vit. cap. 12.) sed multarum & imitantur. Quaedam vitia illos, quasi felicitatis argumenta desectant: nimis humilis & contempti hominis esse videtur, scire quid faciat. Exemplum ibi signat, & censofam. Hoi quando lavari debeant, quando canare, alius admonet: & usque eo nimio delicati langore animi solentur; ut per se scire non possint, an evasiant. Audio quendam ex delicatis (si modo delicia dicenda sunt, vitam & consuetudinem humanam dedecere) cum ex balneo inter manus elatus, & in sella postus esset; dixisse interrogando, iam sideo? Hunc tu ignorarem an sedeat, putas sive, an vivat, an videat, an otiosus sit? Non facile dixerim, utrum magis misereat, si hoc ignoravit, an si se ignorare finxit. Facul inenitatus (si virginis quateretur) sensum ostenderet; tunc interrogatus, an sentiret? Novi, pro pudor! laborantem pedibus, interrogasse medicum, utro magis doleret. Quis talia fando temperet à lachrymis? Huiusmodi homines, si homines concupiscunt sine desiderio. Non cupit ipse: putat se cupere: subdit Stoicus, Epist. 1. 11. Igitur cum desiderio summo (quod indicat concupiscentia in cuncta desiderio) nullum in terminum dirigit motum; nec consequetur, quippe non sequitur. Desiderat sine desiderio, quia huic tantum haeret, & non desiderat, si desiderat tantum. Pagnin. Concupiscit concupiscentiam. Maluend. Concupiscere sese facit. Septuagint. Male concupiscit: in eafum cuncta, quippe sine fructu desideria. Hoc oritur ad intemperie animi (inquit Cordubens. de Tranquill. anim. cap. 2.) & cupiditatibus rividis, ubi aut non audent quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent semper instabiles mobiles; quae quod necesse est accidere penduntibus. Ex dicendis perspicuo elucebit expofitio.

Tom. VII. Taus. Pp

Idem; Singulari afflatio naturam de dicentis.

Idem; Idem;

Idem; Idem;

Idem; Idem;

Idem; Idem;

Idem; Idem;

Marian;

Pigritia quem stupet dal

Nicoph;

Pherecrat;

Nuge in blandine fovetia.

Cratet;

Senec;

Idem;

Singulari afflatio naturam de dicentis.

Idem;

Idem;

Pp

23 Pro quo observandum discrimen inter *Desiderio desiderare*, atque *Desiderare desiderium*; sicut inter *Concupiscentiam concupiscere*, vel *concupiscentia*. Patet ex facris. *Concupierunt concupiscentiam*; ex Psalm. 105. *Desiderio desideravi*: Luc. 22. Idem quod dixi hic *Tautolog.* 3. n. 21. de Oratione: & *Tautolog.* 4. n. 28. de Gaudio. Unum de re, aliud intelligendum de modo. De re, quatenus actio sumitur pro obiecto, sicut *Vidi visionem*, *Auditum audivi*; pro re visa & audita: *Hoc est desiderium quod desideravi*: pro filio Samuele dicitur Anna, apud Philon. Biblium, in *Antiq. Hebr.* Sic exponitur *Desiderant concupiscentiam* pro re concupita. Augustin. 4. de *Doftrin. Christian.* cap. 21. *Concupierunt concupiscentiam pestifam*, idest, Carnes. *Res voluptuarias, nec ac victum necessarias, concupiscentiam vocat; cum haberent Minna cibum, ad omnia abunde sufficientem, neque carnis, neque aliji eduliji opus esset: subdit hic Genebr.* Unde supposito obiecto, pro vehementia, seu singulari prolubio ponitur in abstracto, ut supra diximus. Maluend. in infinitivo: *Avere fecerunt aviditatem*. Hebr. *Desideraverunt desiderium*. De modo desiderij pro intentione ad extensionem affectionis, elucet anxietas; dum iunguntur verbum & nomen idem significantia, ut *Desiderio desideravi*; vel duo verba, veluti, *Concupiscit & desiderat*. Tertullian. 4. *Contr. Marcion.* cap. 40. ad Christo dicit: *Professus iurage se concupiscentia concupisse edere Pascha*. Gregor. Homil. 12. in *Evang. Toto desiderio anhelant*. Alapid. in *Eccl. 15. 18. Ingenti desiderio desiderantis*. Hefsten. *Disquisit. Monast.* Tract. 4. *disq. 4. Studium studio, desiderium desiderio augere*. Idem Ioan. Climac. *Grad.* ita vehementia exprimitur appetitus sensitivi de bono sensibili absentis. Cicero. *Arduentis cupiditatum esu*: dicit 2. de *Legib.* & *Petrone. Satyric.* pag. 70. *Accendit desiderium esuantiis*. Totum periphrastris maximi desiderij, quod demonstratur voce concupiscentia: igitur sicut zelus amoris, abominatio odij, accessio tristitia, pavor timoris, presumptio spei, audacia confidentia, & furor irae: ita concupiscentia indicat extensionem desiderij. D. Thom. consule in 3. *dist. 26. quest. 1. art. 3.*

Psalm. 105.
14.
Luc. 22. 15
Actio pro
obiecto.
Phil. Bibl.

Genebr.

Pro superlativo suppositum necessarium.

Principium actionis pro actione.
Psalm. 118.
20.

Geminatio pro adverbio.

Hieron.

Amor Christi intendit simus in homine, cognoscitur desiderij.

24 Causa interdum seu principium solet signari pro affectione principij: unde pro anima desiderio exponitur anima, non prout rationalis, sed prout forma corporis: quo sensu dicitur *Animalis homo*, qui sequitur corporis commoda. 1. *Cor.* 2. 14. *Ne sollicitus sis anima, quid manducetis*: Marth. 6. 25. *Dividam spolia: implebitur anima mea*: Exod. 15. 9. *Nihil deest anima sua ex omnibus quae desiderat*: Eccl. 6. 2. Idest, desiderio: sic multa, & in nostrum articulum Psalm. 118. 20. *Concupivit anima mea desiderare inquisitiones tuas*. In Hebraeo, *Genesab summam* et vehementissimum desiderium exprimitur. Hinc Aben-Ezra: *Exarsit incensa desiderio*. Quapropter genuine testimonio delicantur per adverbium: q. d. animitus, corditius, medullitius concupiscens desideravit; sicut diximus supra ad *Expectans expectavi*: cupit scilicet, acriter, vehementer, anxie atque solliciti. Delr. d. *Avidi avert, cupite cupit*. Apuleius. 11. *Metam.* inquit: *Cupidus cupidissime*. Ennius *Cupita cupit scienter cupiens*. Plaut. in *Casina*. Act. 2. scen. 3. v. 48. *Cupide cupit*. Eutypid. in *Iphig. in Aulid.* v. 338. *Voluntate ardetur cupiens*. Sic perspicuum, quid sit *Desiderio desiderare*: quo notatur incendiarius affectus in cupita. Hieronym. *Præfat. in Pentateuch.* sub equivoco: *Desiderij mei desideratas accipi epistolas*. Cyrian. *De Mortali.* in fin. *Avidi cupiditate propereamus*. Hesiod. de *Hercul.* fer. v. 41. *Cupiditas cupiebat*. Plaut. in *Milit.* Act. 4. scen. 1. v. 13. *Amat, tuamque expectis fit pulchritudinem*. Stat. 6. *Thebaid.* v. 513. *Ardens adhuc cupiens*. Denique Iovian. Pontan. 3. *Uran.* v. 937. *Urensque libido sollicitat cupikas mentes*. Eisdem terminis *Tautologiae Coluchus de Rapt. Helena.* v. 269. *Desiderio desiderans*.

25 Etsi verba Servatoris N. desiderio desiderantis comedere ultimum phase, interpretari possumus per adverbium, quasi anxie, vehementer, inquiete desiderium: vel per superlativum, quo desiderium lucretet ex animo summum; alia cogitando sunt. Non dixit, *Concupiscentia concupivi*, sed *Desiderio desideravi*: quia concupiscentia sequitur corporis commoda, ut dixi: desiderium vero exprimit motus tantum appetitus in amabile, quasi in cohatio amoris, & sequens amorem finis, precedens amorem eorum quae sunt ad finem: quod quidem desiderium habet ex perfectione amoris perfectionem, qui desiderij huius nobilissima causa: sicut qui appetit amare Deum & virtutem, Deum amat ut finem, & virtutem propter finem. Optima, selectissima ac profunda legeris apud D. Thom. *Opuscul.* 61. cap. 3. Finis Christi in huiusmodi articulo erat hominis redemptionis, ut educum de potestate tenebrarum, transferret in regnum lucis, tradens semetipsum, ut aperiret credentibus regna caelorum. Ad hoc necessaria passio, mors, & mors in

in ligno crucis, ad quod miserat Pater, propter nimiam charitatem, qua dilexit hominem: unde desiderio desiderabat illud ultimum in vita mortali pascha; quia in illo afficiendus erat cruce. Pascha illud, ut ad finem, & opus redemptionis ut finem. Hebraeo more magnitudinem desiderij significat, *Desiderio desideravi* (exponit Caietan. & solidus) hoc pascha manducare vobiscum; quia hoc pascha ultimum erat veteris testamenti pascha, & initium transitus ad veritatem figuratam paschali transitu: ideo dicit, *Desiderio desideravi manducare hoc pascha*. Summo enim desiderio concupierat venire ad imponendum finem sacrificij veteribus, transferendo ex hoc mundo ad regnum Dei. Unde, & adiungit: *Antequam patiar, ad significandum idem esse ultimum*.

26 Pridem ergo dixerat, Luc. 12. 50. *Baptismo habeo baptizari*: quomodo confortor, usque dum perferatur? Anxius propter moram, & sollicitus propter finem, cuius gratia in mundum venerat. Hoc erat desiderium in desiderio: in opere felicitate inchoato complementum operis, ut consummaret cuncta quae fecerat, & consummationis videret finem, iuvenis gaudibundus hominis libertatem: dicitque sine consummatione tot miris, tot factis, tot pro nobis dignationibus, nihil factam; quippe factum licet summum, illius desiderio pro amore videbatur nihil factum. Hinc intelligitur illud Davidis: *Pro nihilo salvos facies illos*. Vocat amor Christi nihilum, totum sanguinem effusum; quia licet fecerit magna, eius amor videbatur nulla. Interrogatio, quasi mirum, exponunt Genebrard. & Maluend. *Pro nihilo*? O vis amoris excelsus diminuentis! Ideo excelsus amor igitur nihilum illi videtur, totum effundere sanguinem: quod in alijs opus tantum conciliat admirationem. Totum admiratio; sed maior eius desiderio: etenim favit ingratis, eo quod indigni favoris: de quo *Tautolog.* 7. D. 3. n. 13. Innuitt Ioannes: *Cum dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos*. Suos dilexit in his, quae erant ad finem; & denique dilexit in finem, ut morte vivificaret hominem. Non improprie desiderio ac desiderio dicitur desiderare; quasi Latine si aliquid proposito desicit, desiderat. Hispanice: *Se ceba menos*. Ad rem Cartagena Tom. 1. lib. 7. *Homil.* 2. inquit: *Unde sit, ut quod desideratur, desideretur*; quia restat finis, perfectis quae sunt ad finem. Non abest desiderium, sed tempus quo consummandum: illudque tempus desideratur; ut tunc abest desiderium, cum impletur. *Eo quod res habita non est tota simul* (ait Angel. Doctor, 1. 2. quest. 33. art. 2.) unde successivo recipitur: *Cum dum aliquis delectatur in eo quod habet, desiderat potiri eo, quod restat*. Ita desiderium, ut perfectum sit gaudium, quippe plenum. Ni dicamus geminationem desiderij fuisse hoc in articulo expressam propter singularem modum procedendi eius amoris, in optatam redemptionem humani generis: etenim homo agit propter desiderium finis, sed Christus tantum propter finem amoris: quod claris intelligitur, *Cum dilexisset, dilexit*. Finem amorem habuit. *Uti igitur ignis ignem, desiderio desiderium & amore excitaret amorem*; dicit: *Desiderio desideravi*: inquit Laurent. Iustinian. de *Triumphal. Christi agonis*. Totum itaque ut ostenderet finem redemptionis consummandum, ad quam venerat, & detinebatur tempore. Siciebat calicem passionis avidissime, ut amorem ostenderet, nosque redimeret; optans accelerari & opus hocce tantum momenti perfectissime absolvere. *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio*. Adifis D. Thom. in 2. dist. 1. quest. 2. art. 1. & deinceps.

27 Desiderium illud estuans amore cordis iam expresserat, ut vidimus ex Luc. 21. 20. nomine baptismi iterat *Marth.* 20. 22. sub voce calicis: *a Marco, sub utraque. Potestis* (dixit filij Zebedaei, supremam in regno praeter ceteris potestatem flagrantibus) *bibere calicem quem ego bibo*, aut (pro idest) *baptismo, quo ego baptizor, baptizaviti*. Per catachresim martyrium (totam sanguinis effusionem per mortem crucis, vocat baptismum & calicem. Hieronym. in cap. 20. *Marth.* alique P. Pro quo sciendum, lavacrum, seu purificationem inter Hebraeos vocari baptismum. *Varij baptismi*: Hebr. 9. 10. ad emundationem carnis. Pharisei a foro venientes, nisi baptizentur (idest, laventur) non comedunt. Marc. 7. 4. Quod a ceteris Evangelistis dicitur baptismus, a Joanne insinuat purificatio. cap. 3. v. 5. ubi, *Facta est questio ex discipulis Joannis cum Iudeis de purificatione*. Frequenter fiebat in aqua. *Deuter.* 23. 11. *Ezech.* 16. 9. Aliquando aqua viva, idest in fontis scaturigine, aut flumine. *Judith.* 12. 35. *Baptizabat se in fonte aquae*; & 4. *Reg.* 5. 10. *Lavare septies in Iordane*. Dum alia signatur, metaphorice accipienda sunt, ut illud Psalm. 57. 11. *lustrus manus suas lavabit in sanguine peccatoris*: scilicet, de iniquis triumphavit, discussa a Domino causa, ac facta eius iudicio vindicta. Similiter illud Cantic. 5. 12. *Oculi eius sicut columba super rivulos aquarum, quae lavant sunt*

Caietan.

Luc. 12. 50

Psalm. 57. 8.
Nihil illi pro amore videbatur qui quae factam.

Ioan. 15. 13

Cartagi

D. Thom.

Ioan. 3. 11.
Laur. Iud. fin.

Ioan. 14. 32.

Aur. pr. idest. Marc. 20. 38.
Catachresis

Quid baptismus inus communitur apud Hebraeos

Ablatio
similitudinis
Fenestrar

Sunt lotæ: hoc est, ita purificatione mundæ, ut instar lactis apparerent candidæ. Non aliter, dum dicitur Psal. 67. 15. *Nive dealbabitur. Nemo nive dealbatur, sed dealbatur*, purus apparet nive adinstar. Unde Genebr. subdit: *Ablatio similitudinis est. Hoc intell. u. Hai. 1. 16. dicitur: Lavamini, mundi estote*: nimirum, ut mundi sitis; quia qui contritioni criminum incumbunt super nivem dealbantur.

Intuitus ba
ptismatum
inter Ebidni
cos.

28 Inter Mæhometanos singulares superstitiones, varijs & crebris baptismatibus, quas videtis in *Arab. Republ.* apud Gabriel. Sionit. & Ioann. Cotovic. Ethnicis olim insanosiores (ex professo egimus, in *Ephemer.* 1. Februar. à n. 4.) igitur lotione illis videbatur enormia crimina deleri; quod ridet etiam Ovidius 2. *Fastor.* v. 45.

Apul.

*Ab nimium faciles, qui tristia crimina cadis
Flumine à tolli posse putatis aqua.*
Apuleius lib. 11. postquam factus est in similitudinem hominis, inquit: *Me protinus purificandi studio marino lavacro trado, & septies summerso capite fluctibus, &c.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 718.

Virgil.

—*Cade recenti
Attreclare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.*
Consule Turneb. *Advers.* lib. 17. cap. 13. & 19. cap. 20. Ovid. lib. 4. v. 314. *Parum fluminis haust aquam: ter caput irrorat.* Idem v. 653. Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 522. *Vorticibus abluet.* Valer. Flacc. 3. *Argonaut.* v. 305. *Viva lymphæ.* Stat. 6. *Thibaid.* Flumine puro. Sil. Italic. 8. de *Bell. Punic.* v. 410. *Ac vivo pargor in anni.* Persius, *Satyr.* 2. vers. 16.

Pers.

—*Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis terque & noctem flumine pargas.*
Fusè illustant Donat. Theodor. Marfil. & Ioann. Britanic. Meminit Plutarch. 6. *Sympos.* quæst. 5. *Ridiculos homines* (inquit Lactant. Firmian. lib. 5. cap. 20.) tanquam libridinis intra pectus inclusas uli amnes abluant, aut illa maria purificent. Ad rem & unguem quadrat, quod de quibusdam se in luto lacu purificantibus, dixit Diogen. Cynicus: *Qui hic lavantur, ubi lavantur?* cuius apophthegmatis & pæ memini Vid. Erasm. in eo lib. 3. *Centur.* 2. n. 18.

Lactant.

29 Aqua maris aptior illis ad purificationem videbatur, ut videris apud Cicero. pro *Roscio Amerin.* quia hæc sola ad perfectam emundationem idonea, quippe in se nihil foetidum mare patitur, sed eicitur confestim quicquid sordium flumina, torrentes aut homines in illud devolverint. Sub hacine metaphora dicit Mich. 7. 19. *Dominus revertetur & miserabitur nobis: deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Opportuniùs in baptismum, quo tanquam in aqua maris sordes animæ eluuntur: homineque spoiantes veterem hominem in aqua summersum, novum induunt, qui secundum Deum creatus est. Notat Pierius Valer. lib. 3. cap. 3. *Huiusmodi aqua, peccata quæ ut coccinum, quasi nix alba erant:* Hai. d. v. 18. Alijs aquis abluunt corpus, sed non crimina nec animus. Succinit Senec. & in *Hypollit.* à v. 712. & in *Hercul. furent.* à v. 1320.

Quare in to
talem mun
dum ma
e eligebant

Cur mare
baptismi
symbolis

Senec.

—*Quem locum profugus petam?
Ubi me recondam: Quare tellure obruar?
Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox
Tagusve libera turbidus gazæ fluens,
Abluere dextram poterit: Arctæum licet
Medus in me gelida transfundat mare,
Et tota Tethys per meas currat manus
Hærebit altum facinus.*

Alia expiamini, quia non de materia baptismi, missa facio; videnda apud Natal. Comit. 1. *Mytholog.* cap. 10 & 14. Apollon. Rhod. lib. 4. & La-Zerd. ad illud Virgil. 6. *Æneid.* v. 740. *Supplicia expendunt, &c.* Ovid. 4. *Fastor.* v. 795. amplectitur:

Ovid.

*Iunxerunt elementa patres: aptunque purantur
Igneus, & sparsa tingere corpus aqua.*
30 Baptismus in sacra pagina etiam significat purificationem per aquam: sed per aquam lachrymarum. Dicitur *Baptismus penitentia*, ut de celo detur gratia in remissionem peccatorum, ac per pœnas etiam remissionem pœnarum. Unde Ioannes dicebat im-

Baptismus
lachrymarum

improbis: *Quis demonstravit vobis fugere à ventura trã?* Matth. 3. 7. *Ego baptizo vos in penitentiam:* v. 11. *Baptizans & prædicans baptismum penitentia.* Marc. 1. 4. *Luc.* 3. 3. & *Actor.* 15. 24. Purificationem hanc describit affabrè Ambrosius, peccatum plorante Petro. *Petrus doluit & flevit* (inquit in *Luc.* 22.) *qui erravit ut homo. Non inventio quid dixerit: inventio quod fleverit.* Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. *Quod defendi non potest, ablu potest.* Lavant lachryma delictum, quod voce pudor est confiteri; & venia stetit confusum & verecundia. *Lachryma sine horrore culpam loquimur: lachryma crimen sine offe sine verecundia confitentur.* Lachryma veniam non postulant, sed moventur. Verba decerpit Magist. Sent. in 4. dist. 17. §. *Lac.* secundum. Eadem, cap. *Lachryma*, & de *Penitent.* dist. 1. cap. *Petrus. Baptizetur conscientia lachrymis: conscientia lachrymis baptizata renovatur:* ait Greg. Magn. 27. in *Job.* cap. 12. Quia Monachi plorare est, huiusmodi baptismus expressio perfecti Monachi. Vide Bellarm. Tom. 1. *Controv.* 5. lib. 2. cap. 6. Eadem metaphora professionem Monachorum vocat Bernardus Baptismum. *Est baptismus aliquis* (inquit serm. 1. in *Octav. Pasch.* num. 7.) *in compunctione cordis & lachrymarum assidueitate.* Sic & baptismi sacramentum, quoniam iterari non licet, bis qui sepe sepius in multis offendunt, frequentiori oportet ablutione suppleri. Sic igitur mortificationem Iesu in corpore nostro semper circumferentes, nos qui vivimus, in mortem tradimus.

Ambros.

Virtus & ef
fectus lach
rymarum.

Greg. Mag

Cur propriè
Monachorù

31 Modò dilucidabitur textus difficilis Pauli, quo probat resurrectionem, dicens: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt?* *Ut quid & baptizantur pro illis?* Plura speciosa doctaque videris apud Alapida. hic, Caietan. etiam. *Ientacul.* 2. quæst. 3. & Exim. Suar. in 3. part. D. Thom. quæst. 69. disput. 50. sect. 1. Relictis ergo plurium cogitationum sophismatibus, dicam & humiliter quid sentiam, moribus assentiendo, quod opto. Totum Pauli in hocce testimonio propositum circulat in Sadduceos, in quos invehitur, quia resurrectionem inficiabantur. *Dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelam, neque spiritum.* Act. 23. 8. Spiritum, id est, animam separatam. Unæ cum resurrectio, uti egimus *Tautolog.* 1. n. 11. fit ex reunione animæ separatæ, & corporis morte corrupti; animæ negant immortalitatem, ut tutò possent negare resurrectionem: quæ quidem nequit esse evanescente animæ morte corporis. *Sadduceorum opinio cum corpore extinguit simul & animas:* ait Ioseph. 18. *Aniq.* cap. 2. iteratque de *Bell.* lib. 2. cap. 7. & 12. Sicut modò iustitragia pro mortuis, operibus pœnalibus offeruntur: ita in primitiva Ecclesia (à qua sumpti ritus) quæ dicebantur baptismata: etenim sicut aqua levatur à sordibus; ita operibus pœnalibus viventium levatur à pœnis piacularibus animæ defunctorum. Superfluum esset professò, si animæ immortales (quippe non entis non sunt pœnsione) consequenterque non futura resurrectio; quæ reunioni animæ non mortuæ & carnis corruptæ. Hic est baptismus penitentia pro criminum pœnis, quas sunt tubeentes animæ hominum in purgatorio degentes: lachrymæ scilicet, mortificationes, ieiunia, preces; quæ nobis laboriosa, illis baptismata, quoniam iustitragia. Hoc propositum Pauli. Si mortui non resurgunt, ut quid viventes baptizantur pro mortuis? Non resurgunt, quorum animæ immortales non sunt: si non immortales, non expiantur, ut quid iustitragijs studentes incumbunt viventes in baptismata animarum, pro animabus quæ morte carnis entitative avauerunt? *Ut quid baptizantur pro illis?* Si sunt: illi quorum sunt, cum illis sanquam resurrecturi; quæ gloria ad gaudium plenum (ut dicemus, num. 38.) ex anima & corpore. Ergo optimum baptismata pœnarum, in remissionem cruciaminum defunctorum: servidaque operantur charitate, qui in illarum levamina, exercent mortificationem baptismata. Si non sunt; ut quid pro illis baptizantur, qui in hoc mundo mortificati degunt: Ita Iudas benè & religiosè de resurrectione cogitans preces & sacrificia obtulit in baptismata: *Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturi speraret; superfluum videretur & vanum, orare pro mortuis.*

1. Cor. 15
29.

Ioseph.

Suffragia
pro defun
ctis noming
baptismati.

32 Cuncta huiusmodi baptismata metaphorica, sicut baptismus Christi sub umbra calicis & sanguinis. Est baptismus fluminis, fluminis & sanguinis, prout significat animarum purificationem. Fluminis, Act. 1. 5. *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto. Sanguinis & fluminis,* 1. Ioann. 5. 6. *Hic est, qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine.* Utrumque baptismata suscipit Christus, sed longè aliter quam nos suscipimus. Nequaquam passivè ut sanctitatem susciperet, sed activè ut virtutem baptismatibus conferret. *Baptizari voluit, ut baptismum consecraret:* ait Augustin. in *Epiph.* serm. 1. & D. Thom. 3. p. quæst. 38. art. 4.

2. Machi
12. 44.

Triplex ma
dus in uni
o baptis
1. Ioan. 5. 6
August.

Nec

D. Thom.

Quomodo, & quomodo in Christus aqua & sanguine baptizatus

Videm.

Marc. 10. 8.

Car Christi passio eius dicitur baptizatus

Cypria.

Geminatio pro excessu efficiendi vel efficiendi.

Homer.

Nec aliquis baptismo aliquid conferre poterat, nisi Christus, qui tactu mundissime sua carnis aquas sanctificavit. Non suscepit baptismum sanguinis, ut redimeretur; sed ut homines redimeret, & acquireret lytro sanguinis sibi populum acceptabilem: quia de causa facta redemptio; in ligna, & latere eius exivit sanguis & aqua. Hac duo baptismata sibi Christus simpliciter, relicta alijs praeferatis in remissionem peccatorum, pro iustificatione in gloriam, fidei in illis profitionem: inter quae nobilior baptismata sanguinis iuxta mentem D. Thom. ibid. quest. 66. art. 12. Effusio (inquit) sanguinis pro Christo, & operatio interior Spiritus Sancti dicuntur baptismata, in quantum efficiunt effectum baptismi aquae: baptismus autem aquae efficaciam habet à passione Christi & à Spiritu Sancto: quae quidem duae causa operantur in qualibet hominum baptismatum: excellentissime tamen in baptismi sanguinis. Nam passio Christi operatur quidem in baptismi aquae, per quandam figuralem representationem: in baptismi autem flammis vel penitentiae, per quandam affectionem; sed in baptismi sanguinis per imitationem operis. Similiter etiam virtus Spiritus Sancti operatur in baptismi aquae per quandam virtutem latentem: in baptismi autem penitentiae per cordis contritionem, aut commotionem; sed in baptismi sanguinis per potissimum dilectionis fervorem; secundum illud Ioann. 15. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

33 Non de baptismi utnunquam loquebatur Dominus ab illis imitandis, filijs Zebedaei; sed de excellentissimo charitatis summae ligno, nimirum de sanguinis effusione & profusione vitae. Hinc subdit: Calicem quem ego bibo; aut baptismi, quo ego baptizor. Superiorum dignitatem petebant, praecellentiam thronorum desiderabant. Merita debeant respondere muneribus; ut doctores partem laboribus eluceant in dignitatibus. Unde si iuxta amoris demonstrationes, sedes dantur maiestatis; thronos superiores in caelestii regno adipiscimini, quia eodem, quo ego, excellentissimo sanguinis baptismi baptizabimini. Hanc amoris expressionem per crucis tormenta, Christus dicit baptismi; quia sicut qui corpus lavat, totus lavatur; ita fubiens crucem, totum per vulnera effudit sanguinem. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor & plaga tumens, unde nec reputavimus eum. Hoc est Salvatoris baptismus, totum scilicet vulneratum corpus, rubrum carnis indumentum in cleatherium captivitaris hominum; qui extunc stolis albis amicti, quia laverunt stolas suas in sanguine Agni.

34 Renectio autem quae à Christo praecitatis locis fit, est Hebraica dialectica; sed nimis significativa tam mortis acerbis, quam in hominem amoris: igitur in cruce cum omnia essent consummata, sicut bar avidè maiora tormenta; ut dum summa patitur, baptismi optato baptizaretur. Baptismo baptizari: hoc est, gravior & ferocis pugna; inquit Cyprian. Epist. 56. liquidem vehementioribus doloribus, ditis ac truculentis cruciatibus efflavit animam. Geminatio pro epitali in speciem magnitudinis rei proposita, saepe invenitur tam in Graecis AA. quam Latinis. Homer. 20. Illiad. v. 245. Contentione contendunt matris: ira autem & ista iubet. 11. Illiad. v. 49. Armis armati. 22. Illiad. v. 447. & 3. v. 435. Bellaret, & pugnaet. 23. Odyss. v. 48. Sanguine & errore. Euripid. Iphigen. in Aulid. v. 377. Certamina in contentione. In Helen. v. 850. Certabimus certamine. Sophocle. Oedip. Tyrann. v. 564. Passionem passus. In Electr. v. 200. Gravem graviter. In Trachin. v. 508. Certatores omnium perestiorum, plenas pugnas certaminum. Plaut. in Bacchid. Act. 3. scen. 4. v. 16. Mendicium mendicando. Mollitell. 1. 2. v. 15. Curro curricula. In Casin. Act. 1. v. 40. Ieiunium ieiunum. Patet geminatione in his artibus conatus ac vehementia, seu in articulis excessus. Haud aliter dum vox baptismi in passione à Servatore regeritur, ut fortitudinem explicet in tractu certaminis, diritatem passionis, in qua totus tamquam baptismate immergitur. Quo sensu pro materia tantum Sophocle. in Philoct. v. 1010. dicit: Lavacro lotus. Apuleius, 11. Metam. de navi Iliadis, Purissime purificatam deditavit. Denique Homerus exprimit in pugna difficilli agonem A. Illiad. v. 26. succinit: Quomodo vis vanum reddere laborem, & imperfectum sudorem, quem labore sudavit.

35 Subit mentem pro baptismi sanguinis, celebris inter Romanos ritus, ut Iovis initiaretur Summus Sacerdos, Profanorum quidem, quod sciam, nullus meminit: tantum lotionis manuum sanguine victimae mentionem facit Apollon. Rhodius d. ubi:

Addu.

Adduxit dure seaeque picula mortis
Procellum tenerum, cum matris ab ubere raptam:
Huius disjecit collum, & atro sanguine lavit
Inde manus.

Apol. Rho

In Psalm. 57. 11. fit allusio in huiusmodi abluitionem, dum dicitur: In sanguine manus suas lavabit in sanguine peccatoris: hoc est vincet, ac vulneratum prosterneret; ut supr. diximus. num. 27. Inter Romanos inolevit in iacentis hostis vulnera mittere manum. In gladiatoris occisi vulnus Romanus misit, & ad caput sibi detersit: ait Lamprid. de Commodo, in eo. Iustus Liphus huius crudelitatis memor, 2. Saturnal. cap. 22. iocquit: Manum mittebant in vulnus, & sanguine velut se prolucebant. Totum indicat Ovidius in certamine Cenci, 12. Metam. lib. 5.

Quid lotio manuum in sanguine Lamprid. Iust. Lipsi.

—Nastro tua corpora ferro
Tentemus, capuloque tenui demisit in armos
Ensem fatiserum, cacaque in viscera movis
Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit.

Ovid.

Diximus Tom. 5. T. 4. n. 12. ubi plura de sanguinolentia & eius conditione:
36 Ex facto pioque celebri poeta scitur sanguinei baptismatis argumentum: nimirum ex Prudentio, qui Peristephe. à v. 3203. ita succinit:

Summus sacerdos nempe sub terram serobe
Acta in profundam consecrandus mergitur,
Mirè infusus festa vittis tempora
Nectens coronam cum replexus auream
Cinctus Gabino sericam cultus togam.
Tabulis supernè strata texunt pulpita
Rimosa rari pugnatis compagibus,
Scindunt subinde vel terebrant aream,
Crebraque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatus.
Huc Taurus ingens fronte torva & hispida
Sertis revinctus; aut per armos staret,
Aut impeditus cornibus deducitur:
Necnon & auro frons coruscat hostia,
Serasque fulgor bracteis inspicit.

Baptismus sanguinis apud Ebraeos in initiatione Sacerdotum summi.

Hic ut statuta est immolenda bellua,
Pectus sacro dividant venabulo:
Eruat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subaeri
Fundit vaporum flumen, & late aestuat.

Tunc per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit,
Defossus inius quem sacerdos excipit
Guttur ad omnes turpe subiectans caput,
Et veste & omni patre factus corpore.

Prudent.

Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsi perluit liquidibus:
Nec iam palato parit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.

Postquam cadaver sanguine egesto rigens
Compage ab illa flammis retraxerit:
Procedit inde pontifex, visa horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.

Hunc inquinatum talibus contagijs
Tabo recentis sordidam piaculi,
Omnes salutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum sanguis & bos mortuus
Eadè latentem sub caeveris laverint.

Hic

Hic ordo ritus consecrationis summi sacerdotis inter Ethnicos, qua totus abluebatur...

Christus sacerdos & victim.

Anonym.

Plal. 59. 7. Hebr. 10. 1.

Genebr.

Unde verbi baptismus sanguinis in corpore Saluatoris

Ubi sup.

Coloss. 1. 5

Plal. 141. 6

Qua in gloria spei, & de qua

37 Describit Prudentius (dicit Anonymus in Observationib. ad Natal. Comit. Mytholog. cap. 21.) sacrificij pro peccato ritum apud Ethnicos, & Satana miris sarcasmis...

38 At in via, transeat: sed in patria spes? Non loquimur de spe, prout via in beatitudinem...

enim anima se frui Deo, quod etiam ipsa fruitio derivetur ad corpus per redundantiã...

D. Thom.

Gloss. 1. 2. 7. Quena gloria divitiarum In gloria habitus spei.

Suar. Cur fides omnino excluditur

H. Br. 164 a 12.

Qua in Christo dicitur maiestate expectantia

Ubi sup.

Adventum Christi iudicis in gloria corporis

Phillip. 3. 20.

Rom. 8. 27

39 Haud in hoc sensu D. Thom. 2. 2. quest. 18. art. 2. negat spem in beatis; sed quia principale obiectum spei est gloria animæ...

40 Quicquid in illo statu felicissimo successione temporis futurum expectatur, spes dicitur. Unde Paulus loc. cit. ait: Sic autem unam pro peccatis offerens hostiam...

41 Liqueat ex Pauli contextu. Expectantes (ait) beatam spem, & adventum gloriae magni Dei & Salvatoris nostri Iesu-Christi. Ad corporis gloriam, adventus gloriae Salvatoris expectatur...

42 Floridè profundissimèque ad Rom. Nos ipsi (inquit) primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adopti omnium filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

nostri : scilicet, de servitute corruptionis, in felicitatem libertatis. Hæc est adoptio, quasi acceptio rei extraneæ in consortium hereditatis sine iure propter corruptibilitatem conditionis. De adoptione filiorum per gratiam iam dixerat, v. 15. *Acceptis spirituum adoptionis filiorum, in clamamus Abba. Pater*, consortes facti divine naturæ: ergo si post hanc in celo expectatio amplioris felicitatis erit sanè expectatio glorificationis. Respondet difficultati Caietanus. *Nisi appositè subiunxisset Redemptionem corporis nostri; fluctuasses, quo pacto Paulus dicit se & alios expectare adoptionem, qui dixerat, iam accepisse nos spiritum adoptionis, & esse filios adoptionis: sed modo ex eo quod dicens Expectantes adoptionem, appositè explicat Redemptionem corporis nostri, omnem tollit ambiguitatem, explicando quod adoptio expectata dicitur, & est quantum ad corporis redemptionem. Corpus siquidem nostrum, quod usque ad resurrectionem gloriam detinetur sub captivitate & dominio corruptionis; redimetur secundum effectum liberationis, cum resurget, aut fiet immortale per donum gloria, ad quam hereditandam sumus adoptati. Doctæ ac in rem etiam Alapidi, hic. *Quod ergo Apostolus ait, in celis deum dandam esse hanc adoptionem; intellige consummatam, que est ipsa possessio iuris & hereditatis, ad quam adoptati sumus, videlicet redemptionem corporis nostri, que partim erit liberatio à mortalitate & concupiscentiis; partim gloria corporis ex anima gloria dimanans. Pauli phrasis profundissima. Corporis ab illo signatur redemptio, que iure dicitur filiorum adoptatio: etenim cum adoptio animæ fiat per gratiam, semen gloriæ; ni in resurrectione anima possideat beatitudinem, nequit corpus accipere redemptionem. Hæc spes in gloria, & spes beata, quam expectamus, dum peregrinamur ad Dominum, ut experiamur cum spe portionem gloriæ in terra viventium: igitur quouque veniat Dominus in spe sumus singulariter constituti; est ratione gloriæ essentialis data sit læticia in corde. Hæc in celo fitis animæ.**

Cur per gloriam corporis redemptio, dicitur per gratiam adoptio?

Caietan.

Alapidi.

1. Petr. 1. 12.

Unde & quo modo in gloria satiatur & desideratur?

Greg. Mag no.

Match. 18. 10.

Eccl. 4. 2. 26

Psal. 16. 16

Eccl. 14. 29

D. Thom.

Greg. Mag no.

43 Non sic intelligendum, quod de incorporeis intelligentijs dicitur: *In quem desiderant Angeli prospicere*: igitur vel minimi, infimi, ac inferiores Angeli habent omnem perfectionem beatitudinis, quam habituri quippe sine corpore: fecus animæ separatae, in quibus innatus appetitus in corpora, cum homo conflat ad sui constitutionem etiam materij; ut vidimus ex Augustin. & Thoma, num. 38. At quomodo Angeli quod vident desiderant, cum desiderium connotet boni allicientis absentiam? *Deum Angeli & vident & videre desiderant* (inquit Gregor. Magn. 18. in Job, cap. 28. & sicut intuentur & intuentur). *Ne enim sit in desiderio anxietas, desiderantes satiatur: ne autem sit in satiata fastidium, satiati desiderant. Desiderant igitur sine labore, quia desiderium satiata comitatur: & satiatur sine fastidio; quia ipsa satiata ex desiderio semper accenditur.* Patet igitur, quomodo semper Angeli Deum vident, & quomodo quem vident, sitium videre. Patet etiam unde nemo satiatur gloria Dei, & unde satiatur cum apparuerit gloria. De ipso ergo fonte atque torrente voluptatis bibunt, dum ab ipso sitiunt, & in eo quod desiderando esturiunt, fructione satiatur. *Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me adhuc sitiunt*: excluso delectationis fastidio, & præ delectatione voluptate affectata desiderio. *Sis delectationes spirituales maxime faciunt sitim vel desiderium sui ipsarum* (inquit D. Thom. ubi sup. n. 26.) delectationes spirituales non superexcreverunt naturalem habitudinem, sed perfectunt naturam: unde cum pervenitur ad consumationem in ipsis, tunc sunt magis delectabiles. Ita Spiritus Angelici. Sic quoque & nos erimus (subdit Greg.) quando ad ipsam fontem vite venerimus. *Erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satiata*: Quando ad fontem vite ventum, non pridem quippe pridem desiderium. Quod ibid. exponit idem quæ solet subtilitate. *Hinc est, quod Moyses (ait) qui cum Deo facie ad faciem loquebatur, sicut loqui, solet homo cum amico suo; ei inter ipsa verba locutionis dicit: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, ut videant te. Certè enim si Deus non erat cum quo loquebatur; ostendit mihi Deum, diceret, & non, Ostende temetipsum. Si autem Deus erat, cum quo facie ad faciem loquebatur; cur petebat Deum videre, quem videbat? Ex hac eius petitione colligitur, quia cum stitabat per circumscripta natura sua claritatem cernere, quem iam coperat per quasdam imagines videre; ut sic superna essentia mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset.*

44 Aliter in visione Angelorum, in qua videntium indicatur desiderium. Desiderium huiusmodi fructione ex divina visione non excludit, sed plenissimam supponit, non per imaginem aut umbram, sed ipsam essentialissimam gloriam: igitur ex quo admitti in

in felicitatem beatitudinis, semper vident faciem Patris. D. Thom. 1. p. q. 58. art. 1. ad 2. desiderium in Angelorum gloria intelligit, quantum ad novas illuminationes. De perpetuatione visionis in æternitate beatitudinis, exponit Seraphin. Chemitanus Tom. 1. *Contra* p. 227. & Tom. 2. 20. & 21. Sumi potest de gloria accidentali, quam habuerunt Christi adventu, ac exaltatione in superiore throno; quod vocat Pet. d. v. 1. 1. *Posteriores gloriantur* videntur in carne humana, per quem ab initio creature illis fuit concessa gloria. Plura alibi dixi: videbis, Tom. 4. 1. 10. D. 1. ad n. 6. - 5. T. 4. D. 3. n. 5. - 6. T. 9. D. 3. a. n. 12. & T. 10. D. 3. n. 9.

Quale in Angelis desiderium divine visionis

45 Videor mihi videre cuncta exposita, ad Pleonasmum præfarum attentia. *Expectans expectavi Dominum.* Augustin. *Sustinens sustinui.* Hebr. & Caietan. *Expectando expectavi.* Arabic. *Cum expectatione speravi.* Syr. *Sperans speravi.* Maluend. *Expectare expectavi.* Moure: *Cum diu expectassem.* Crucius: *Sperabam tristis: & Genebr. Vehementi desiderio, & sollicitè præsolatus sum Dominum.* Aliqua ad mores dicamus, ut rationales ponant in Deo spem suam, non oblitiscantur eius operum & mandata eius exquirant.

Verfion:

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excuti.

1. *Expectans expectavi.* Quid novi demoustrat hæcine Tautologia? Quod mirabiliter vitium in Deipara, singulari Virginitate materna, mundo incongnita. Expectabat partum prolis, ut claresceret prodigium Virginis-Matris. Gaudebat, & expectabat; quippequam feliciter, quod expectabat, habebat.
2. *Expectans expectavi Dominum, & invenit mihi.* Expectabat Maria, quid ageretur de Verbi incarnatione: & sibi nil expectando, iure dicit: *Dominus intendit mihi* quia illi & soli Dominus contulit privilegium, quod haberet uterque communem filium.
3. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.* *Sustinens sustinui.* Pœna animarum in Purgatorio exponitur, quando gloria celestis expectatur: igitur est a Domino sperent optatam gloriam; nesciunt tamen, quando laturus remissionis gratiam.
4. *Expectans expectavi Dominum.* Id est, diu. Mira proponuntur, erga divini amoris ingenium. Mirum, quod pronus in benevolentiam, expectaretur in gratiam: sed magis mirum, quod ut homo æger salutem obtineret; illum diu Dominus expectatione expectaret.
5. *Expectans expectavi Dominum.* Ia-

- cobi Apostoli cognoscimus plausum; Mors Domini ab illo expectatur, ut sequeretur. Alios expectans non expectavit: primus omnium in Domini obsequium, calicem bibit: & quia primus proprio sanguine fimiter scriptis fidem; Throni a dextris Redemptoris, gloriosam obtinuit sedem.
6. *Contra* Ioannes frater *expectans expectavi Dominum.* Eius exponitur martyrium & desiderium: expectaturque expectatio, ubi itudet toto pectore martyrio; quippequam martyrium habuit in decus religionis singulare, ex martyrij expectatione.
7. *Expectans expectavi.* Ex præfenti geminata sententia, liquet quam falsa sit mundi gloria. Non illius expectatur expectatio, sed quod concipitur voto: & in gloria mundi quod habetur, expectatur, ut nulla consideret: igitur ita præterit ut vana; quod præfentis & ad votum desideretur præfentia.
8. *Expectans expectavi.* Defectus demonstrat iustitiam in expectationis prolata geminatione. Causa discutiende iuxta leges, proponuntur iudicibus; verum per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus. Unde nonnumquam expectatur expectatio; quippe nulla, vel tarda causa expeditio.

